



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Benedictio Agni Paschalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

nostræ gratiam tuam, ut per eos, in quibus habitas, tuum nobis sentiamus adventum. Per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. Deinde aspergantur aquâ benedictâ à Sacerdote, dicente: Pax, & benedictio ✠ Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Benedictiones esculentorum, præsertim in Pascha.

Benedictio Agni Paschalis.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione populi tui de Ægypto, agnum occidi iussisti, in similitudinem Domini nostri Iesu Christi, & utrosque postes domorum de sanguine ejusdem Agni perungi præcepisti: ita benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus, per resurrectionem

A a a 2

ejus-

ejusdem Domini nostri Iesu Christi ; qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum.
Resp. Amen.

Ex mox aspergat aquâ benedictâ.

Benedictio Ovorum.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Subveniat, quæsumus Domine, tuæ benedictionis ✠ gratia huic ovorum creaturæ, ut cibus salubris fiat fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione fumentibus, ob Resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, qui tecum vivit & regnat in sæcula sæculorum.
Resp. Amen.

Aspergat aquâ benedictâ.

Benedictio Panis.

Vers. Adjutorium nostrum in nomine Domini. *Resp.* Qui fecit cælum & terram. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, panis Angelorum, panis vivus æternæ vitæ, benedicere ✠ dignare panem istum, sicut benedixisti quin-

que